

Unione Mysticâ.

I.

**S**ummi amoris Divini argumentum est, DEum carni nostræ animæque uniri & nosmetipsos intimè mysticeque inhabitare. II. Cor. VI. 16.

II. Non est hæc unio substantialis, sed substantiarum.

III. Vera quidem quies animi in solo DEO ejusque unione nobiscum quærenda est, sed medium tamen Quietificæ hujus unionis non est renovatio, sanctificatio, abnegatio, mortificatio, ut Molinosius vult cum Mysticis, sed sola fides. Os. II. 20.

IV. Per hanc unionem DEI substantia ad substantiam hominis fidelis propius, quam ad reliquas res omnes approximat. Joh. XIV. 23.

V. Monstruosa est Weigelii & Ez. Methi sententia: daß Christus wesentlich in den Gläubigen wohne und Sie eben daß Fleisch / welches Christus in Mutter-Leibe an sich genommen und in welchem er am Stamm des Creuzes gelitten / an Ihrem Leib tragen / also daß alles / was sie thäten / nicht sie selber / sondern der HERR Christus in Ihnen verrichtete und Sie also ganz ohne Sünde seyen.

VI. Unio mystica adeò non est fundamentum omnis justificationis nostræ, ut ejus potius sit effectus. Rom. V. 1.

VII. Lutherus dicendo: per fidem nos ita uniri Christo, ut quasi una cum ipso persona fiamus, dicereque fidelis de se possit: Ego sum Christus, unionem non mysticam, & physicæ analogam, sed moralem intellexit, h. e. fidei, in justificatione omnia Christi per identitatem interpretativam nostra facientis. Schomerus.

VIII. Quando in verbis statim sequentibus addit Lutherus: fidem nos Christo copulare, unionem mysticam intelligit, ex justificatione fluentem.

IX. Id